

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Penitencia p<sup>2</sup>  
cum fontibus proximo et primo

Apud Deum non tam ualet mensura temporis quam doloris,  
non abstinencia tam ciborum quam mortificatio uiciorum.  
Propter quod tempora penitencie pro fide et conuersatione penitentium  
abreuianda precipiunt, et pro negligencia protelanda existimant.  
Tamen pro quibusdam culpis modi penitencie sunt impositi.

Ieronymus in quodam sermone.

Mensuram autem temporis in agenda penitencia idcirco  
non satis aperte prefigunt canones pro unoquoque crimine,  
ut de singulis dicant qualiter unumquodque emendandum sit,  
sed magis in arbitrio sacerdotis intelligentis relinquendum statuunt,  
quia apud Deum non tam ualet mensura temporis, quam doloris,  
nec abstinencia tantum ciborum, quam mortificatio uitiorum.  
Propter quod tempora penitentie pro fide et conuersatione penitentium  
abreuianda precipiunt, et pro negligencia protelanda existimant.  
Tamen pro quibusdam culpis modi penitentie sunt inpositi.

Gratianus, *Decretum*, 2.33.3.1.86 (*Gratian's "Tractatus de penitentia"*, 2016, A.A. Larson ed., p.66, ll.867-874).

Mensuram autem temporis in agenda poenitentia  
non satis aperte praefigunt canones pro unoquoque crimine,  
ut de singulis dicant qualiter unumquodque emendandum sit,  
sed magis in arbitrio sacerdotis intelligentis relinquendum statuunt,  
quia apud Deum non tam ualet mensura temporis quam doloris,  
nec abstinencia tantum ciborum quam mortificatio uitiorum.  
Propter quod tempora poenitentiae fide et conuersatione poenitentium  
abreuianda praecipiant, et negligencia protelanda existimant.  
Tamen pro quibusdam culpis modi poenitentiae sunt impositi,  
iuxta quos caeterae perpendendae sunt culpaе, cum sit facile per  
eosdem modos vindictam et censuram canonum existimare.

Haltigarius Cameracensis, *De uitiis et uirtutibus et de ordine poenitentium libri quinque, Praefatio de poenitentiae utilitate* (PL 105, col.707B-C).